

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Luxuria i
cum fonte primo

Libido enim transacta semper sui
relinquit penitudinem et nunquam
satiatur et extincta reaccenditur; usu
crescit et deficit, nec rationi paret que
impetu ducitur.

Ieronymus in quadam epistola.

libido transacta semper sui
relinquit paenitudinem numquamque
satiatur et extincta redaccenditur. usu
crescit et deficit nec rationi paret, quae
impetu ducitur.

Hieronymus Stridonensis, *Epistulae*,
123, 13, 2 (CSEL 56, I. Hilberg ed.,
p.88, ll.11-14).